UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs I. Beatus vir, qui non abijt &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68864

Visual Library

PSALMVS I.

Beatus vir, qui non abijt &c.

FElix ille animi : beatus ille eſt,
Qui cœtus fugit impios, malorum
Qui non ambulat in via ſceleſta,
Nec ſcurrilibus inſidet Cathedris.
Sed lex cui potius placet Iehouæ,
Dum noctesq́ diesq́ eam reuoluit.
Hic vt fertilis arbor eſt, ad amnem
Quæ plantata refert ſuo benignos
Fructus tempore : gaudiis colonum
Optatis recreans, beansq́ multùm.
Non tales reprobi malum ſequentes :
Sed ſicut paleæ leues ab aura
Vili nunc agitatæ & huc & illuc.
Victos iudicio Dei perenni,
Eiectosq́ choris malos piorum
Dirum ſtigma manebit vſq́ & vſq́.
Cognouit Dominus viam piorum :
At non tramite gaudet impiorum.
Nam iuſto Dominus viam ſceleſtam
Zelo deſtruet, atq́ perſequetur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN